Quelle:
Copyright:





5

Eusebii Cremon: Epist: de transitu, seu obitu S. Hieronymi.

Eusebii Cremonensis Epistola de transitu, seu obitu S. Hieronymi. Titulum praefert: " Incipit epistola beati Eusebii ad beatum Damasum portuensem Episcopum et ad Xtianissimum Theodonium (a) romanorum Senatorem de morte gloriosissimi Jeronimi Doctoris eximii Sequitur: Patri Reverendissimo damaso portuensi episcopo et Xtianissimo theodonio romanorum Senatori Eusebius olym Jeronimi Sanctissimi discipulus nunc vero eodem orbatus -- dolorem et Sacratissimum gaudium // Post Salutationem incipit epistola Eusebii beata Multifariam multisq modis" &c.

(a) Ita semperiod. pro Theodosio.

173b - ~~217a~~ 146r

Trithem: de Script: eccles: Cap: 126 de Eusebio Cremonensi dicit: " Scripsit ad Damasum Portuensem Episcop: et Theodosium Rom: urbis Senatorem satis elegans, et prolixum volumen," quibus Alb Fabric: innota U addit: " non ab Eusebio Cremonensi, sed ab alio longe junioris aetatis Scriptore compositum, plenumque fabulis, ab Erasmo, et aliis viris doctis merito explosum." Dignus est, qui audiatur Erasmus in vita d: Hieronymi, quam exhibet in edit: opp: d: Hieron: Basil: 1565. ubi ait: Haud scio quonam fato in rabulam quemdam incidit /: Hieronymus :/ sic undique sui similem, et Hieronymi dissimilem, ut nescias, quid potissimum ~~admi~~